

VB
230

Non licet vivas audire et te dare vocat.
Nec CHR. Q. D. R. H. mibi rectus in copia

Invenies legum deum (no) quod te dicit
Dignetur quondam deo tibi dicitur

Angelus Dei. Nam nos in te
Gardiam. Vires dicitur: uteris vero

Idibus Augustis: Nam in ore
Saxa Dei: quo tunc spiritus dicitur

Plura dicitur. Vires dicitur: uteris vero
Abba: factus est in hac dicitur


Qua vult facta tunc dicitur
Vires dicitur: uteris vero: Dei vox dicitur in eum.

Janus manus dicitur: uteris vero
Cum tunc in se ipsum dicitur: et dicitur tibi re.

Gratia Christi tibi, quod nos per mille vitam
Cibus per se in contagia dicitur

Incolores reddis: Fac ut tibi gratia dicitur
Ad hunc: hinc dicitur: uteris vero: dicitur tibi carnis hinc

Dedico, quod tibi me tere dicitur



3.
JOHANNIS MAJORIS,
JOACHIMICI
SYNODUS AVIUM,

SEU

CARMEN

De
CERTAMINIBUS INTER
PHILIPPISTAS ET FLACIANOS

superiore sæculo agitatis
recusum Lipsiæ, & publice expositum

^A
L. J. F. P. P. P.

LIPSIÆ,
Literis JOHANNIS GEORGII.



SYNODUS AVIUM,

depingens miseram faciem Ecclesiae,
propter certamina quorundam, qui de
Primatu contendunt, cum oppressio-
ne rectè meritorum.

EX quo Cygnus ovans flaventis ad Albi-
dos oram
Clauderet emeritos fatorum numine cur-
sus,

Vitaque cum cantu finita volaret ad auras :
Continuo visum est avibus cantare peritis
Cogere conventum, vacuis ut sorte reponant
Sedibus artificem, cujus censura sonoras
Digerat alituum linguas, qui jura vocatis
Poneret agminibus, melior qui carminis autor
Inter aves dubiam posset dissolvere litem.
Accingunt se omnes sorti, pars asserit ipsum
Portendi fatis Cuculum, latisque vocari
In regna auspiciis, volvat quia pectore sortes
Augur, & adventu tempus præcurrat apricum.

)o(2

Sunt

Sunt quoque, qui Gallum suadent in sceptrum
reponi

15 Indice cum Petri lapsum clangore notarit,
Quando fides linguæ reuultu temerata magistrum.
Idem etiam indicio rudibus solet esse colonis,
Æolii fratres quamquam regione ferantur.

Nec minor est numerus Merulam qui poscere
fortes

20 Inculcant, pronoque ferunt suffragia vultu.
Fallitur & fallit, vulgi qui pendet ab ore
Pronum iter ad lapsus vulgi sententia ducit.
Sed volucres, quarum melior sententia menti,
Manfuetæ volucres, operam quæ nempe canoris

52 Vocibus impendunt, uno omnes ore loquentes
Vota ferunt, Philomela, tibi, tibi pectore toto
Gratantur venienti omnes, dominamque salutant,
Cui Deus & Musæ blandas in carmine vires
Suffecere, fugant curas hominesque feræque,

30 Illa canit, plausu cordis salit abdita vena.
Non illam stimulis carpenti sæva cupido
Suscitat, haud rostro metuenda ac unguibus uncis,
Sola avium summæ non horret acumine linguæ.

Dumque in confessu primo fors cæca vagatur,
35 Atque animus nunc huc celeres, nunc dividit
illuc,

Extemplo se quisque suis è sedibus aufert.

Incertis quo fata cadant, quem numina poscant.

Nec minus hi tabulæ mandant consulta fideli,

Inque fori rostro facti monumenta relinquunt.

40 Interea volucres, quarum data nomina forti,

Astu

Astu rem superant, & partibus agmina furtim
Asciscunt conflata suis, & foedere pacto
Sollicitant, qui frena fori commissa gerebant.
Nec Philomela dolos agitat, nihil illa moratur
Turpia laturos spretis suffragia divis. 45
Progeniem, nidosque fovet cum gente canora,
Nec se passa loco est Borea stridente movere,
Quamvis multa piam jaciebant Saxa volucrum,
Et circum Illyrica pice nigrior horruit æther.
Sedit ovans animis, atque in statione remansit 50
Laude Dei plenas jactans ad sidera voces,
Circum Prata volat, rivis quæ semper ab albis
Sparguntur, pinguesq; creant animalibus herbas.
Dumque novi rursus conventus copia fa-
cta est,
Instructi sociis obeunt tempusque, locumque. 55
In Merulæ causam descendit in ordine primo
Turdus edax, cujus fruticans de stercore viscum
Editur in ramis sterilisque in tempore brumæ
Fronde micat viridi, quod non sua seminat ar-
bos.
Cognati & generis volucres se cœtibus addunt, 60
Queis victum è baccis serum dumeta ministrant.
Hinc Vireo, tepidis nostras qui mensibus oras
Visit, & Arcturi rursus sola mutat ab ortu,
Composuit Merulæ se partibus, & fora pressit.
Mox se congressu in medium tulit æmula Pica, 65
Quique Merops maculis dorsum variatur amænis,
Ac Ululæ, irriguam dira quæ voce quietem
Discutiunt, radios exosæ lucis apertæ

70 Addunt se focias, atq; agmina conscia jungunt
Cristatæ volucris, rostro quæ clangit, & alis
Plangit ovans alti fumoso in culmine tigni.

8. Ponè latus Cuculi incedunt, quæ liquida stagna
Sectantur volucres, mergi, fulicæque marinæ,
Autores pluvix, tempestatumque sonantum.

75 Cernitur hos inter Vulcani subdolos ales
Clandestina ferens Cuculo suffragia Phoenix.
Rara avis illa quidem circum cava littora, sævi
Impatiensque maris, nec consociabilis ulli,
Improba quæ solvit garribus ora, volucris,
80 Attamen adplaudit Cuculo, nec secius illum
Ipse suis plausum facientibus excitat alis,
Quam faber admotis qui follibus excitat ignem.

5. Stant contra innumeræ volucres, quæ carmi-
na curæ,

Præsertim Cuculo vires intendit Alauda,

85 Et victum in dumis quæ carpere gaudet Acanthis,
Atque alacrem Fringilla sonans arguta tenorem,
Et Curruca timens ingrato ex hospite stragem.
Sunt obnixæ omnes Philomelam poscere regnis,
Illam laude vehunt, præstet quia laude canendi.

90 Verum hæc non voluit se cœtibus addere pravis,
Vidit enim Cuculum magna volitare caterva.

Tum quassans caput hæc Coccyx ex ore pro-
fudit :

Non latet, ô volucres, Cygnum quod fata tulerunt,
Atque ideò regnis ductorem poscere fortes,

95 Quem penes arbitrium est, & vis & norma ca-
nendi :

Con-

Consulite in medium, quem fors volet, arbiter esto,
Nam vereor scissam studia in contraria gentem,
Prædonum arripiat rostris ne exercitus uncis.

Quare agite ô lapsi generis reparate ruinam,
Ut coëant stabili fatorum numine mentes: 100

Fas etiam premere imperiis, ac addere multam,

Olim qui nostras tenuatim evertere vires

Conati, & plumis inoperta relinquere membra.

Quos ego: sed mediis vox rupta in faucibus hæsit

Collisu, & fœdis singultibus impulit auras. 105

Inventi tamen interea, qui pingue sonantem

Exciperent plausu, dum flaccida carmina stultus

Collibus & Saxis delyro narrat ab ore.

Stulta placent vulgo, studiis certamina crescunt.

Præsertim Merula adplaudens his vocibus infit: 110

Fas tibi me cessisse loco, tibi Jupiter æquus

Annuit imperium, tu nunc eris alter ab illo,

Quamvis tu niger es, quamvis sit candidus ille,

Et te vulgus amat, vulgo tua carmina curæ,

Tu pueris responsa refers cum tempora vitæ 115

Scitatum balbis poscunt oracula linguis.

Sis bonus ô felixque tuis, tua jura volentes

Accipimus, nec nos Cuculo parere pigebit.

Non tulit ulterius Bubo, sed talibus infit:

Non ô non volucres, non hoc rationibus illis 120

Sors velit, à divis meliorem poscite mentem.

Non ô non volucres, non si mihi Jupiter autor

Spondeat, hoc sperem pacem contingere rege:

Quandoquidem à nobis fatorum exquirere sensus

Agmina vestra solent: nec vos latuisse putandum 125

est,

Quod

Quod lini segetem præcepi avellere fulcis,
Dum rudis exigua latuisset messis in herba,
Ne vos texta olim traherent, & abire vetarent.

Quare agite, ac animis quæ dicam expendite
vestris:

130 Non Cuculum ex adyto fortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt Cuculum gregibus dare jura vo-
lantum.

Sors cadit in Gallum, namque illum poscere fata
Et reor, & monitis si quis locus amplius, oro.

Non somno indulget, sed cum intempesta filet
nox,

135 Plumeaque in sylvis repetunt animalia nidos,
Scilicet & rostrum tepidas fixere sub alas:

Clangit ad arma furens, & voce silentia turbat,
Et rostro fractos sonitus imitante tubarum
Excubitor lucem mortalibus indicat ales.

140 Idem etiam pugnis aptus, nemo acrior illo
Ungue notare hostes, & rem decernere rostro.

Tum vocem excepit Fringilla loquentis ab ore:
O si non pluvix, nec tempestatibus atris
Serviret, pennasque ad motum verteret auræ

145 Gallus, quem variis in cœlum laudibus effers.

Sitque utinam pugnis aptus, ne turgida pulsu

Solvere labra queat: certe nemo acrior illo

Ante aciem, Solus non mille verebitur hostes.

Stare loco nescit, micat eminus, & tremit altè,

150 Et levior foliis quavis impellitur aura.

Quænam igitur, volucres, quæ vos sententia cogit

Præficere imperio Gallum, qui in forde solebat

Stri-

Stride
Qui r
Qui C
Nos
Pacis
Sed v
Nec o
Nec p
Conse
Turpe
Et fin
Ponè
Suppo
Et C
Hospe

Inglu
Imme
Me q
Plura
Substi
Excip
Hic o

Verti
Arbo
Hinc
Quoc
Pressi
bon

Stridenti miserum rostro disperdere carmen,
Qui rostro petit, & pedibus qui spargit arenam,
Qui Cuculum non odit, amet tua carmina, Galle. 155
Nos legimus regno volucrem, cui cura modestæ
Pacis erit, doctæ cui copia vocis in ore est.
Sed veterem repetit Coccyx in fronde tenorem,
Nec certa ratione loci, nec lege tenetur,
Nec præsens habet ille fidem, licet arbore in illa 160
Confessu medium sese tulit, ocior Euro
Turpe iter arripuit, sedemque in voce reliquit,
Et singultanti involvit nemus omne ululatu.
Ponè stat, & mæsto tundit sua pectora planctu
Suppositum Curruca vocans in crimen alumnus, 165
Et Cuculi nomen defert de cæde peracta.
Hospes ut hostis erat, generis nam funere no-
stri

Ingluuiem explevit, natosque ante ora parentum
Immersit rabidam, quod nec benè vertat, in al-
vum.

Me quoque ab infido nil hospite tale timentem. 170
Plura locuturæ lacrimæ super ora fluebant,
Substitit, & vocem mediam indignata repressit.
Excipiens Fringilla sonum mox talia subdit:
Hic quoque cum tropico Sol vertitur in Capri-
corno,

Vertit terga fugæ, & putri se occultat in alvo 175
Arboris, æque hominum aspectu sua subtrahit ora.
Hinc illi objiciunt vates pro carmine crimen,
Quòd falice exesa lapsus discrimine vitæ
Pressit humum, turpi foedatus pulvere vultum.

Occi-

180 Occidit exesa delapsus ab arbore Cocyx,
Quis poterit longos cantu nunc fallere soles?
Tu Philomela potes, dominam te regna tenere
Fata volunt, tibi vox, tibi sancta modestia vocis,
Tu cantare potes, & respondere parata es.

185 Vidi ego, nec fallor, dum lustro volumina ju-
ris,

Censuræ exemplum flammis quæ destinat ipsum.
Nam farmenta focis postquam congeffit alendis
Cultor agri, & trunci nemoris cava robora passim
Volvit, & hyberno jam in sidere subdidit igni:

190 Ecce cavo latitans Cuculus sub stipite, flammam
Sensit, & ardenti sonitus emisit in antro
Ver iatus apricum mediæ sub frigore brumæ.
Si quis in ambiguo est, quantum focus ætheris
igne

Discrepet, ille foci crassus vapor, & levis ignis

195 Ætheris inter se qua sint ratione repulsa,
Et quantum hyberno tepidum ver frigore distet:
An volucrum norit discrimina ponere linguis?
Quin etiam furia quas ipsa è stirpe parentum
Induit, incessant stimulis præcordia, ut acri

200 Insultans odio Philomelæ barbarus instet.
Illa canit, strepit opposito rudis agmine Cocyx
Certandi studio, crudoque fatiscit hiatu,

Quo morsu appetiit mansuetus prædo volucres,
Quod superest, quoniam cœtu convenimus illo,

205 Non raucas inflare tubas, sed dicere versus:
Tum missum facite, ô proceres, genus omne vo-
lucrum

Quod

Quod curvo increpitat nostro, strepitumq̄ retu-
sum

Mittit, & offendit diris stridoribus aures:
Heu valeant omnes, genii qui jura canore
Invertunt ficto, peregrinisque æmula linguis 210
Solvere rostra student, hominumque illudere voci,
Ut Merula, & nigris velata Monedula pennis,
Picaque, quæ varias emittit stridula voces,
Et pictæ volucres rutilis in tergore guttis.

Occinit his contra ferali carmine Bubo: 215

Hæc Fringilla tibi potior sententia visa est
Forſitan, & proprio ſic digeriſ omnia ſolus
Arbitrio, & cantu tua guttura ſolviſ equeſtri,
Credimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Cui Fringilla refert, ô narrans plurima Bubo, 220
Grajiſ ingenium, Grajiſ dedit ore rotundo
Muſa loqui, & vocum juſſit diſcrimina noſſe,
Et ſuaves avium cantuſ diſcernere ſenſu

A Cuculi ſtrepitu, Corvorum à carmine craſſo,
A Galli crepitu, & Picæ ſtridore loquaciſ. 225

Idcirco reſonam quia poſcunt fata volucrem:

Debentur meritò Philomelæ ſceptra canoræ.

Nec me quiſquam adiget vocem mutare, piumque

Conſilii fœdus, dum ſpirituſ hoſ reget artuſ.

Annuit, & parteſ aſſenſibuſ implet Acanthiſ, 230

Tandem pauca refert: ego te, quæ dulcia grato

Ora ſono ſolviſ, nunquam Philomela negabo

Promeritam, nec me mea carmina ab ore pige-

bit

Compoſuiſſe tuo, nec Muſiſ gratior ulla eſt

Quam

235 Quam sibi si qua tuum præscripsit pagina nomen.
Tum sic incutiens cristas excepit Alauda :
Idem animus nobis , nec erit qui tendere contrâ
Jure queat, sacrasq; infectum reddere sortes.
Scitis aves, scitis quòd idem mihi nomen & omen.
240 Et me jam pridem vates à laude vocarunt,
Nec mihi jam subeat nomen mutare vel omen.
Ergo ego laude veham gratis hominesq; deosq;
Per liquidos auræ tractus cum carmine tendens.
Dumque cano, pulsæ referunt ad fidera Valles,
245 Et linguam solvo supra caput arva colentum,
Qua soleo curas animis avertere mœstis :
Huic volucris acceptum , si quid mea carmina
possunt,
Et ferimus, vobisque illam hæc in regna vocamus.
Sic ait : & misso rursus velut ante Senatu
250 Tollunt se volucres celeri super aëra lapsu,
Nam fors eventu congressum lufit inani.
Grammatici certant, & adhuc : velut aspera versis
Flatibus ambigti committunt prælia venti.
Carpendi studio paulatim longius itur.
255 Jamque in procinctu Cuculus per tesqua volu-
tus
Errat inops animi, & putri se condit in antro,
Qualis sæpe rubis latuit nocturnus abactor,
Qui pecudum numeros minuit, fessosq; viantes
A tergo superans lethalibus obruit armis.
260 Cumq; novum vegetis reparabat flatibus or-
bem
Verna, dies, denso spargens rus omne virore,
Et

Et tepi
Signa o
Atque
Et mo
Cumq;
Ambig
En rab
Prærip
Exigua
Ecce a

Conce
His su
In fren
Gens a
Quapr
Edicto
Et Cuc
Aut, qu
Seu vi

Sensit
Seque
Garmi
Id me
Impor
Atque
Et qui
Sæpe
Nunci

Et tepidam volucres milcentes cantibus auram
Signa dabant: Cuculus plumis petit arva renatis,
Atque rudes foetus Currucæ in tecta reponit,
Et morsu violans parvæ bibit ova parentis: 265
Cumque infirma parens intenso ardore reclusit
Ambiguam prolem, toto quæ vertice supra est:
En rabie passus ventrem stimulante, tenellis
Præripuit victum natis, dehinc vertere morsus
Exiguam in matrem penuria adegit edendi. 270
Ecce autem, Philomela, tuos postquam hausit u-
terque

Concentus, & vox offensa resultat in aurem:
His super accensi confusa mente ruebant
In fremitus, quia nam cantus exosa strepentes
Gens avium docto Philomelæ ex ore pependit. 275
Quapropter volucres jam rursus in agmina cogi
Edicto jubet, hæc cœtu subiere frequenti,
Et Cuculum tentant placidæ sociare volucris,
Aut, quod fata prius convertant omen in ipsas,
Seu vi, sive dolis Philomelam absumere certum 280
est.

Sensit enim se ignominiam pro laude referre,
Seque pati turpem spreta cum voce repulsam,
Garmina dum sanas Philomela sonaret ad aures.
Id metuens, trahit in partes, qui pacis iniquæ
Imponat leges, & pectora fœdere jungat, 285
Atque hujus fidei res componenda relicta est.
Et quia felle caret, causâ est commissa columbæ,
Sæpe vicem fidi quando cursoris obivit:
Nuncia quæ quondam ramum frondentis olivæ
Ore

1
C
1
1
8.
1
e.
5.
o
o
o
o
290 Ore vehens, specimen dilapsæ præbuit undæ:
Sed renuit, duramque vicem versare recusat
Non operam impendens ullam non æqua roganti.
Antra colo, & teneros labor est educere foetus,
Non nostrum inter vos tantas componere lites.
295 Mecum habito, & vitæ cursum sine fraude peregi.
Sed si tantus amor paci submittere mentes,
En adsum, tuaq; en ultro mandata facessam,
Neu me alias tanto exponat mens læva periclo,
Ut vellem diræ gentis penetrare latebras,
300 Et Cuculi præsens audire & reddere voces:
Non bene cum placidis immitia corda cohærent,
Et si ritè memor majorum exempla revolve,
Suevit in Accipitris Cuculus migrare figuram,
Ut quondam exuviis Eruca blatta creatur,
305 Crines, non animum mutat lupo intus avarum.
Hæc ubi dicta, vovent furiarum in jura columbam,
Et numero excludunt heu plana & fana locutam.
Jamque iterum fors missa cadit, teque Ispida
Coccyx,
Adjunctam Merulis quæ liquida stagna frequen-
tant,
310 Ire jubet, jaculis instructam ac arte Pelasga.
Pauca sed huic Philomela refert, quia verna sub-
ibant
Tempora, cum dulcem sub apertis ætheris oris
Funderet illa sonum, carmenq; referret ad auras.
Parva mihi vox est, parvi sine viribus artus,
315 In statione mea mandato munere fungor
Ora Dei jussu solvens, teneramque laboro

Pro-

Proger
Quæ p
Sed pa
Intent
Omni
Sæpè
Sæpe
Sed D
Impen
Ille m
Luder
Ille te
Non
Nec m
Ipsi m
At mi
O mil
Si pur
Vis e
Edam
Incipi
Hæc
Singu
Tum
Fata
Sed q
Seu d
Non
Imper

Progeniem antiqua sub religione tueri,
Quæ potui feci, commisi cætera Christo.
Sed passim tot monstra fero, obscænaeque volucres
Intentant mortem, nec quæ sit causa videmus, 320
Omnibus invisi vitales carpimus auras.
Sæpè mihi scrobibus fraudes posuere cavatis,
Sæpe sub exitium dapibus traxere repostis.
Sed Deus est, cui grata cano, sortemque laboris
Impendo, & teneros educo in regna nepotes. 325
Ille meas superare preces, ut cernis, & ipsum
Ludere quæ poteram sylvis permisit amænis,
Ille tegit justos, illi mea carmina curæ.
Non mihi cum Cuculis in fœdere gratia constat,
Nec mea ad immanes inflectam guttura voces, 330
Ipsi more suo feriant clangoribus auram,
At mihi tranquillæ placeant ante omnia Musæ.
O mihi quàm tumulo tum molliter ossa quiescant,
Si purum pietatis opus, pacemque relinquo.
Vis ergo inter nos quid possit uterque vicissim, 335
Edamus specimen, per me mora non erit ulla,
Incipiat, finemque exacto carmine tangat.
Hæc contra Cuculo retulit mandata volucris
Singultum in dumis solito de more canenti.
Tum se quisque fori rursus è statione movebat: 340
Fata obstant, viresque negant in cœpta secun-
das.

Sed quid agunt? illis nil linquere suasit inausum
Seu dolus aut virtus, nam tanti in fœderis ictu
Non operæ parcit Trochylus, qui providus auræ
Impendere nivem, Cuculi quæ cantibus obstet, 345
Sen-

Sensit & hincvolvens sua membra iterumq; re-
volvens
Ora volubilibus contorquet stridula cannis,
Tinnitusque ciet lenes, ceu quando magister
Torquet agens circum luteas vertigine testas
350 Levorem inducens speculi de more nitentis.
Atque his, atque aliis innoxia cantibus ales
Tunditur, & voces diras tractabilis audit,
Mens tranquilla manet, non ullis illa movetur
Ictibus, haud avium fora, nec rabida ora mora-
tur.
355 Et jam finis erat, postquam sententia lata est,
Quæ volucres cantus pro rostri fingere forte
Imperat, ut fissis didicerunt carmina linguis.
Sint vice suggesti Corvo crudelia tigna
Furcarum, atque illic generi det jura rapaci.
360 Stridula porticibus jactet se Noctua vastis,
Plaustra premat Gallus spoliis armata cruentis,
Aut ubi cortis aves foetus in cratibus edunt.
Sed sedem in tilia teneat Fringilla virenti,
Æriferis Cassita jugis, Philomela sub albis
365 Montibus, in viridi saltu cantillet Acanthis:
Donec tempus erit, quo corruat ardua cœli
Machina, complexuque premat genus omne vo-
lantum.



Pom

Vb 230

ULB Halle 3
003 649 385



Sb₁

W 17



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Kodak
LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

3.

JORIS,
I
VIUM,

EN
IUTIT
SINTER
AGIANOS
gitatis
e expositum

P.

RGIL

